1039 *Lately dug up in Riechester, now in my possession* HORSL. Servatur Dunelmi in bibliotheca capitulari; tabula lapidea magna litteris bonis.

DEO · INVICTO · SOLI · SOC
SACRVM · ꝒRO · SALVTE · ET
INCOLVMITATE · IMP · CAES
M · AVREL · ANTONINI · PII · FELIC ·
AVG · L · CAECILIVS · OPTATVS
TRIB · COH · I · VARDVL · CVM · CON
CRANEIS · VOTVM · LIBES
A · SOLO · EXTRVC

p. C. 219—222

Contuli. Horsley p. 241 *Northumb.* 94 δ (inde Warburton vallum p. 146, 94 c; Goughs Camden 3 p. 505 tab. 33 fig. 5; Newton p. 117, 103; Henzen *Bonner Jahrb.* 13, 1848 p. 90 'ex schedis Lesleianis' quae cum Horsleio consentiunt, et in sylloge sua 5855); Hodgson 2, 3 p. 140; Bruce *wall* p. 320.

V. 1 post INVICTO· hastam erasam esse observavi in re praesenti.

Deo invicto Soli soc(io) sacrum pro salute et incolumitate imp(eratoris) Caes(aris) M. Aureli Antonini Pii felic(is) Aug(usti) L. Caecilius Optatus trib(unus) coh(ortis) I Vardul(lorum) cum con[se]craneis votum l(i)bes [solvit aedemq(ue)] a solo extrux[it d(e) s(ua) p(ecunia)?]

1 Mithram Solis socium dici notum est. Unde probabiliter M. Aurelium Antoninum hunc Elagabalum esse statuit Bruce. 5 L. Caecilius Optatus redit supra n. 1035. 6 De cohorte I Vardullorum vide praef. cap. XXXVI. In fine *consecraneos* nominari Thomas Gale (apud Horsleium) primus vidit, collato Capitolino in vita Gordiani c. 14; cui testimonio addendum Tertulliani Apol. c. 16. 7 in fine DEO (ita DEO) post Horsleium omnes; ego dedi quod mihi visus sum deprehendere in lapide. 8 EXTRVCT Horsl. et Hodgs., EXTRVC Bruce. Mihi initium X litterae clare apparuit in lapide. Unde finem tituli supplevi; Horsleius proposuit *votum deo templum a solo extructum ....* (eumque secutus est Bruce), Hodgson *votum deo Mithrae a solo extructum d(ono) d(edit); extruxit* proposuerat etiam Lesleius.

1040 From *High Rochester*; fragmentum servatum in *Alnwick castle*. Litterae intra tabellam ansatam.

DEA
NE · M
I..

Contuli. Bruce in schedis.

1041 In *High Rochester* rep. a. 1852 *in the wall in front of the pretorian buildings.* Servatur in *Alnwick castle;* tabula lapidea litteris bonis.

IMP · · CAES · T · AELIO
HD ANTONINO · AVG · PIO · P · P ·
· SVB · Q · LOL · VRBICO ·
LEG · AVG · PRO · PRÆ
COH · I · LING
E Q F

Contuli. C. R. Smith collect. ant. 3, 1854 p. 167; Bruce *Newcastle meeting of the archaeological institute* 1 p. 135 ss., *wall* p. 17; Surridge *notices* p. 16 tab. 2 fig. 6.

2 HD, quod insolenter sane positum est pro Hadriano, videtur a quadratario omissum et postea additum esse. De Q. Lollio Urbico cf. praefatio ad vallum Pii. Cohors I Lingonum in diplomate a. 106 memorata praeterea in *Lanchester* videtur in castris fuisse (v. supra cap. XXXVI); de cohorte Lingonum II v. cap. XIX, de IV cap. LI; III reperta est in diplomate a. 106 solo.

imp(eratori) Caes(ari) T. Aelio H[a]d(riano) Antonino Aug(usto) Pio p(atri) p(atriae) sub Q. Lollio Urbico leg(ato) Aug(usti) pro prae(tore) coh(ors) I Ling(onum) eq(uitata) f(ecit)

1042 *a* Fragmentum rep. in *Rochester,* servatum in *Alnwick castle; b 'at Rochester'* HODGS.

a

DI
TR
VI · NE
AVRE
O · FEL
AXIM
ONTIF
VI · IMP
V · P

b

VAL
DPAR
IMP
INO

a Contuli; Bruce in schedis; *b* Hodgson 2, 1 p. 144 (14 e). Coniunxi ego.

Fuit Caracallae, cuius nomina restitui possunt sine negotio, a. fortasse p. C. 213 (scilicet tribuniciae potestatis XVI), ut recte observavit Bruce.

1043 *Rochester,* rep. a. 1743 *in the midst of a heap of rubbish, erected upon two supporters.* Postea apud *Dr. Sharpe in Hartburn* (1782), deinde in *Wallington* apud W. C. Trevelyan (HODGS.), qui postea intulit museo in *Newcastle,* ubi nunc servatur. Tabula marmorea integra, litteris bonis.

IMP · CAES · M · AVRELIO
SEVERO · ANTONINO
PIO · FELICI · AVG PARTHIC
MAX · BRIT · MAX · GERM
MAX · PONTIFICI · MAXIMO
TRIB · POTEST · XVIIII · IMP · II
COS · IIII · PROCOS · P · P · COH · I
FIDA · VARDVL · C · R · EQ · ∞ · ANTO
NINIANA · FECIT · SVB CVRA ////
/////////////// LEG · AVG · PR · PR

p. C. 215

Contuli. Chr. Hunter *philos. transact.* 43, 1744 p. 159 tab. 2 fig. 2; I. Taylor ibid. 44, 1744 p. 344 (inde Donat. 143, 6; Goughs Camden 3 p. 505; Orell. 3404); Sharpe Archaeologia 7, 1785 p. 83; Hodgson 2, 1 p. 139 (inde Newton p. 108, 18); I. Bell *gent. mag.* 12, 1839 p. 634; W. C. Trevelyan Archaeol. Ael. 3, 1844 p. 139 (inde Henzen 6700); Bruce Archaeol. Ael. 1, 1857 p. 227, *catal.* p. 7, 12, *wall* p. 320.

8 CREOⓈANO Hunt. 10 LEG·XX·GR Hunt. Reliqua lectio certa est.

6 in fine expectatur IMP·III (cf. Eckhel 7, p. 216); sed II omnibus mihique ipsi ita visum est in lapide esse; immo adnotavi in re praesenti spatium extare tertiae hastae sufficiens, nullum vero eius vestigium deprehendi.

Imp(eratori) Caes(ari) M. Aurelio Severo Antonino Pio Felici Aug(usto) Parthico max(imo) Brit(annico) max(imo) Germ(anico) max(imo), pontifici maximo, trib(unicia) potest(ate) XVIIII, imp(eratori) II, co(n)s(uli) IIII, proco(n)s(uli), p(atri) p(atriae) coh(ors) I fida Vardul(lorum) c(ivium) R(omanorum) eq(uitata) (miliaria) Antoniniana fecit sub cura .... leg(ati) Aug(usti) pr(o) pr(aetore)